

49.

Q. D. B. V.
DE

**MAXILLA SIM.
SONÆA
&
CORPORE
ADAMI LUCIDO**

Contra
Observationes Hallenses

ב' י' ר' ד'
disputabit

Sub PRÆSIDIO

BRAND. HENRICI GEBHARDI,
SS. Theol. Doctoris & Profess. Publ.

d. 16. Jul. 1707.

JOHANNES FRIDERICUS MENCKENIUS,
Bob. Silesius Theol. & Phil. Studiosus.

G R Y P H I S W A L D I E ,
NUNC RECUSA, MDCCXIX.

(4)

1580
MICHAIL
SONIA
PROPRIE
TATI
OCHTENBERG
SCHWEDEN
VAN
HORN
1580



EXERCITATIO

in Observationem Hallensem

De Maxilla Afini. Jud. XV, 15. 16.
quæ est VII. in parte secunda der auserlesenen An-
merkungen über allerhand wichtige Materien
und Schriften.

THES. I.

*Vox לְוִי in historia Simsonis necessario verten-
da est MAXILLA.*

ANTITH.

Vox לְוִי in historia Simsonis non necessario vertenda
est MAXILLA.

Rat. I. *Quia probatissimi Philologi adhuc inter se am-
bigunt, utrum sit vox primitiva an derivata, & utrum si
derivativa, ex לְוִי an a לְחָה descendat. Vera ergo signi-
ficatio vocis a priori dari non potest.*

Resp. Etsi de quibusdam nominibus disputatio oriri possit an
sint derivativa, tamen de hoc nomine nunquam dubitatum est,
quod originem habeat ex לְוִי. Ut enim פָּרוֹ כָּלִי ex
שְׁבַי ex שְׁבָה deducuntur, ita & לְוִי ex לְחָה. Quæ radix
etsi hodie non extat amplius, tamen quod cum adhuc in usu es-
set significatum humoris ac viroris haberit, dubium esse non po-
test ex collatione cum radicis Syriacæ לְחָא abstergit, diluit, tum
radicum cognata formæ unde לְוִי tabula ab humore juxta

* (4) *

Mercerum dicta, quod ex virenti arbore cedatur materia ejus, item בָּנִיד, & לְבָנִיד qua apud Etiopes nota Humelavie. Aptissime autem בָּנִיד maxilla ab humorē denominatur, siquidem maxilla scaturiente ubertim soliva perpetuo humectantur.

2. Si vox בָּנִיד plura admittit significata, nulla nos necessitas cogit ipsi in hoc loco sensum maxille ponere. Atqui u. est P. E. Minor probatur ex u. 14. ubi tanquam nomen proprium certi tractus terræ Judaicæ adhibetur.

Neg. Minor. Quod n. tractus terræ Judaicæ vocatus est בָּנִיד maxilla, id in perpetuam memoriam hujus historia factum. Jam dudum gerebat nomen Lechi illa regio, cum hac historia a Samuele describeretur. Hinc Scriptor eum nomine illo quem a tempore gesui appellavit. Et venit in Lechi i.e. eum tractum, quem hodie appellamus Lechi, in memoriam coeorum Philisteorum ope maxillæ. Non ergo depedit nomen בָּנִיד sensum maxillæ cum tractui terra datur, sed praeterea quod certam terræ plagam designat, simul & historiam rei geske commemoratur. Datur nomen leonis, lupi, ursi hominibus ob ferociam, ita ut & hominum sicut propria: Ergone propterea alium induunt significatum?

3. Probari potest minor ex Hof. XI, 4. Lutherus translat. לְרֹוחַ תְּ וְ an ihrem Hülse: Ergo vox בָּנִיד est peradversu. §. 5. 6.

Resp. Si tanti Dn. Authori est Beari Lutheri autoritas, quare verionem ejus in loco præsentiam sugillat? In hoc loco B. Lutherus securius est autoritatem tam Judæorum quam Christianorum interpretum, quibus omnibus de nova Dn. Autoris versione nihil venit in mentem. In loco Hofea autem abit a reliquo sum interpretum mente, qui vocem בָּנִיד verterunt maxilla. Quæ ergo perversias est cum hic sequi, ubi suffragio interpretum destituitur? 2. Ulrum בְּנִיה maxilla an aliud quid notet, adhuc dubium est. Pono habere hic significatum colli, nihil hoc ad rem. Alia prorsus forma hic est: בְּנִיה legitur, formæ בְּנִיה, adeoque simplex est בָּנִיד. Jam vero hic non

de

* (5) *

de significatu **לְבָנָה** quartar, sed de sensu **לְבָנָה** quod maxillam significare exemplorum probat inductio. Quamquam & hic vox **לְבָנָה** maxillarum sensum non fastidit. Neque enim, inquit Schmidius in h. l. maxilla tantum in ore sunt, sed magnum os illud est, quod sua extremitate una os facit & dentes habet, ab altera vero usque ad supremam capitis partem post aures pertinet. Et unicuique observare licet quod extremitates jugi collo bovis impositae & cornibus alligatae, super maxillarum extremitatibus iaceant, licet ab his non portetur sed a collo. 3. Pono **לְבָנָה** habere duos hos significatus, maxilla & collis, uter eorum ad hunc locum applicari potest? Neuter, inquit autor, in sensu proprio, at posterior tam in sensu metaphorico, non male ad hunc locum quadraret, h. s. Accepti humerum i. e. prastantissimum &c. quo profigavit Philisteos. Sic enim B. Lutherus in verba v. 8. und er schlug sie hart an Schultern und Lenden/ das ist, er schlug sie wie sie ihne vorlaken/ sie waren hohes oder niedriges Standes. At enim vero aperte Dn. Autor mutat *collum* in *humerum*. Lutherus vertit *collum*, non *humerum*. Sunt autem diversa *collum* & *humerus*, quamquam partes corporis contiguæ. Neutrum membrum si absolute ponitur, metaphorice prastantissimum notat, cum dentur in corpore humano membra prastantiora. Quod autem B. Lutherus humerum per tropum de prastantiori explicat, id sit propterea quia comparatur humerus ad lumbos, quibus humeri sunt nobiliores. In Hebreo textu ne humeri quidem sit mentio, sed ita legitur **לְבָנָה שׁוֹק עַל יְדֵי נָזְרָא** percutiebat eos crus cum femore i. e. ut vertit Chaldaeus tam pedes quam equites, confer Scholia stas Hebreos.

THES. II.

Quia ergo vox **לְבָנָה** in Scripturis nullum aliud gerit significatum quam maxilla, non sine magna semeritate etiam hec h. l. damnatur.

ANTITH.

Vox **לְבָנָה** idem h. l. significat quod **לְבָנָה** viror **Matthäus**
A 3 sigleis

* (6) *

tigkeit/ Munterkeit und Stärke/ & sensus Spiritus S. est,
Simson hat die Philister geschlagen mit der Kraft/ Stär-
ke und Tapferkeit חַסְדָּו טְרִיבָה eines muntern Trups
Soldaten.

Probatur autoritate Cocceji affirmantis לְחֵזֶק לְחוֹן ean-
dem agnoscere radicem : deinde LXX. voces has agnoscunt
fere pro equipollentibus Deut. XXXIV, 7. Ergo & hic
pro לְחֵזֶק possum esse judicamus adeoque vim robur ac poten-
tiam denotare II, 6.

Resp. 1. Nulla sequela est לְחֵזֶק & eandem agnoscunt ra-
dicem, ergo & eandem gerunt significationem. Quamplurima
exempla hoc probant. Sic בְּצִבְיָה & בְּצִבְיָה eandem habent radicem,
sed diversum significatum, cum illud decus, hoc humidum notet.
2. Cognata quæ in Rabbinis occurunt לְחוֹנָה in
sensu humiditatis, satis probant ad radicem לוֹחָה referri.
Diserte Ben Melech Lectio επι ex
Iacob, forme Iacob. 3. Quod locum Deut. 34, 7. attinet, LXX.
לְחוֹנָה vertunt χελώνια, quam vocem malas vertit Dn. Autor seine
Backen waren nicht verfallen. At χελώνων & χελώνων non ma-
lam notat, sed labellum & χείλη labium. Atque ita transtulit
versio Brylingerii: Neque corrupta sunt labia ejus. Ut ergo di-
versitas est non parva inter labia & maxillas, ita apparet LXX.
vocem maxilla & לְחֵזֶק viror non habuisse hic pro æquipollen-
tibus. 4. לְחֵזֶק hoc loco propriè notat humorē ac viorem, qui
est in membris corporis, cuius oppositum est ut habet b. I. Rashi,
לְחֵזֶק עַל ariditas qua in sene predominatur, ut habet b. I. Rashi,
R. Joseph Kimchi textus verba נְסָתָה לְאַתָּה ita transfert
לְחֵזֶק non exaruit viror ejus, cumque sensum ex usu Ara-
bico probat, vid. Benmel. Effectus hujus humoris ac viroris est
& pulchritudo & robur. Utrumque spectarunt interpretes. Chal-
daeus vertit וְאַתָּה וְקָרָא רַאֲפֹרְךָ לְאַתָּה שְׁנָא non mutavit splen-
dorem glorie vultus sui. Lutherus seine Kraft war nicht vergan-
gen. Jam s. ponit לוֹחָה notare robur, quam ineptus sensus pro-
hibet?

* (7) *

dibit? Et invenit Simson robur acervi recentis, si חַמּוֹר ponamus
notare acervum. Quis sane mentis in hac propositione eam
suspicari poterit sententiam, quam ipsi dat Autor: Simson hat
die Philister geschlagen mit der Munterkeit eines Drupps frischer
Soldaten? An verisimile est tam obscuram locutionem in hi-
storica narratione exhibere? Sed ad secundam vocem חַמּוֹר jam
est transeundum.

THES. III.

*Quia vox nullam aliam admittere se-
gnificationem potest, quam maxillæ, appareat per
acervum intelligi non posse.*

ANTITH.

Cum חַמּוֹר commode per חַמּוֹר robur exponi hic possit,
apte etiam חַמּוֹר per turmam verti potest.

Prob. *Quia Lexicographi testantur non tantum asinum
notare, sed & acervum, ein Haussen/ ein Trupp/ und eine
Squadrone. Ita Buxtorff qui & Bechati allegat in c. II.
Gen. testantem חַמּוֹר duci à חַמּוֹר i. e. à modis & acervis
frumenti portandis. Mirandum ergo prudenti Phisologo
hic quidquam de asino potuisse incidere in mentem. §. 7.*

Resp. Verum est Lexicographos duas ponere vocis חַמּוֹר si-
gnificationes, asini & acervi. Sed si acervum notat, quid hoc ad
turmam aut manum militarem? Quid est acervus? annon notat
congeriem rerum vita expertium? Si ergo חַמּוֹר acervum no-
tare assertunt, pessime vox rapitur ad significandas copias milita-
res aut manipulum surum. Ut Latini acervum opponunt tur-
ma, hancque de hominibus & rebus vivis, illam de vita carenti-
bus usurpat, ita Hebrei habent חַמּוֹר seu אֲנָרוֹת quam assignant,
rebus vita destitutis, & רֵב seu אֲנָרוֹת quam turmam seu agmen
militum appellant. Si harum alterutra hic legeretur, turmæ
notio hic inventaret locum. Jam vero cum חַמּוֹר hic legatur, ave
in sensu asini ea est accipienda, aut in sensu acervi. Non in
sensu

* (3) *

seculu acervi: Quid enim Simsoni acervus rerum vita expertum profuisset ad sternendos Philistros? Si non nisi asini sensus locum hic invenie, quare cum tantopere fastidit Dn. Autor? Quod **תְּמִימָה** de rebus vita carentibus dicitur, probat exemplorum inducio. Ita dicitur de ranis mortuis. Exod. VIII, 14. de aquis multeis Habac. III, 15. conf. Lev. XXVII, 15. Es. V, 10. Hos. III, 20. in quibus mensuram notat hordei tritici &c. Sic **תְּמִימָה** quo-
tiosunque non gerit secundum asini congeriem rerum vita exper-
tiuum significat Sam. XVI, 20. Et accepit **הַמֶּלֶךְ לְחֵם** acer-
vum panem. Miror hoc tam tritum Dn. Autori non in men-
tem incidisse, qui tamen non dubitat sibi censuram sumere in
probatismos Philologos.

2. In verbo 16. aperite turmam notat, quod interpretes fatentur. Quid ergo cause est quare non & hic notet tur-
mam militarem? An sane rationis & bone interpretationis
regulis consentaneum est eandem vocem in eodem con-
textu ino versu duas divergas gerere significationes? Re-
jecta ergo Luberi, Lyram sequentis, verfone, da liegen sie
bey Haussen/ mit einen Eselz-Kinnbacken habe ich 1000.
Mann erschlagen/ meliorem damus hanc: mit dem aus-
erlesen Haussen/ einen Haussen der so gut war als zwey
andere weibische Haussen/ mit einen einzigen Haussen habe
ich 1000. Mann erschlagen. §. 7.

Resp. I. Perperam confundit Dn. Autor turmam cum acervo,
ex qua confusione hæc ipsi subnata esse videtur perversa exposi-
to. Falsum est interpretes vertere agmen. Tremellius transfert:
יְהֹוָה maxilla asini acervum, acervos duos &c. Similem in mo-
dum Montanus. Pagninus, cum maxilla asini acervum, duo acer-
vi &c. Munsterus: Cum mandibula asini in acervum coegi eos,
i. e. ut exponit ipse maxilla asini acervarim prostravi hostes hic &
illuc. Judæi vertunt **צְבָרִין** acervum acervorum conf.
Benm. Chaldaeus reddit **צְבָרִין** quod itidem acervos notat. Arabs
prostravi ex vobis frages. Syrus
כְּשֻׁרָּאֵן

* (6) *

כְּשׂוֹת מִנְחָן acervos coacervavi ex iis. Hi omnes consentiunt, quod ex agmine militari factus sit acervus cadaverum i.e. strages. Afferat Dn. Autor tantum unum, qui agmen veritat. 2. Eandem vocem, quæ πολύσημον est, eodem in texere & versu repetitam, diversum gerere significatum, sanæ rationi & regulis bonæ interpretationis adeo non adversatur, ut venustissimam figuram antanaclasin ex arte oratoria tollat, qui contrarium scribit. Plurima exempla passim in Scriptura occurrant. Sic διάρρηξ vox πολύσημον est, notat ollam pariter & spinas. Eadem vox bis ponitur Eccl. VII, 7. **רְסִירֶת תְּהִת הַסּוּר** spinarum sub olla, ita est risus stolidi. Similia sunt exempla Matth. VIII, 22. Sine mortuos sepelire suos mortuos. Matth. XVI, 25. Qui servat vitam, perdet vitam, qui perdit, servabit. Joh. I, 10. Mundus per eum factus est, & mundus ipsum non agnoscit. In his exemplis bis leguntur voces mortuus, vita, mundus. Si etiæ juxta Dn. Autoris regulam in eodem significatu deberent exponi, quam frivolus & contradictorius inde propullularet sensus? Cum itaque 3. ex his exemplis eluceat figuram antanaclaeos in Scriptura non esse infrequentem, quæ invidia est ei in hoc loco nolle locum concedere, cum sic venustissima & orationi Simsonis apprime conveniat, DEI præsentissimam gratiam admirantis? **Maxilla asini**, inquit, facta est (nam hoc subaudiendum aut aliud quid) strages, immo due singes. Elegantia Hebrei textus non parva est, cum sic venustissima & orationi Simsonis apprime conveniat, DEI præsentissimam gratiam admirantis? **Maxilla asini**, inquit, facta est (nam hoc subaudiendum aut aliud quid) strages, immo due singes. Elegantia Hebrei textus non parva est, cum sic venustissima & orationi Simsonis apprime conveniat, DEI præsentissimam gratiam admirantis? **Maxilla asini**, inquit, facta est (nam hoc subaudiendum aut aliud quid) strages, immo due singes. Elegantia Hebrei textus non parva est, cum sic venustissima & orationi Simsonis apprime conveniat, DEI præsentissimam gratiam admirantis? **Maxilla asini**, inquit, facta est (nam hoc subaudiendum aut aliud quid) strages, immo due singes. Elegantia Hebrei textus non parva est, cum sic venustissima & orationi Simsonis apprime conveniat, DEI præsentissimam gratiam admirantis?

B

Autoris



toris sunt vertenda, quæ certe scio, omnium, qui ea sine præjudicio legunt, auribus non parum inconvivodant. In Germanica versione hæc mitius paululum sonant, quod inde est, quia dictio Haussen/ quam ~~רְכָב~~ signar, apud Germanos latius patet, quam ~~רְכָב~~. Mit der Kapferkeit eines Haussen / eines Haussen/ der so gut war als 2. Weibische Haussen / mit einem einzigem Haussen habe ich tausend Männer erlegt.

3. Melior hæc est; quam damus, interpretatio, quia 1. Atheis occasio adimitur sarcastice locum hunc incessandi.
2. Non opus est figmento Lyrae, proceriores in Palestina nasci asinos, quam in nostris terris.
3. Expeditur hoc pæcto difficultas, quæ est in versione חַבּוֹר חֲמֹתִים quam nemo interpretum hæc tenus potuit solvere.

Resp. 1. Narratur hic clades miraculosa. Ut ergo Athei omnia cætera miracula ludibrio habent, utpote rationi suæ parum convenientia, ita nec hoc factum Simsonia sine censura dimittunt. Hoc non mirandum. Multo atheis absurdius videtur asinam loqui, quam unum hominem mille sternere viros ope maxilla, an ergo & hac historia in gratiam Athœorum pervertenda? Puto autem scandaliosius esse Atheis, cum videat sensum Scripturæ, quam Spiritus S. instinctu consignatam esse fatemur, temerario asu torqueri ac perverteri contra sanam rationem & bona interpretationis regulas, quam cum historias genuino suo sensu relietas legunt. 2. Dari in Palestina proceriores asinos, quam apud nos, quo jure figmentum Lyrae dicitur? Sing ratione aliquid negare aut affirmare temerarium est. Dantur in Palestino oves & arices ampliudine & pinguedine nostriates præstantes indubium est. Proinde & asini valentiores in Palestina nasci possunt. Sed nihil opus fuit Simsoni ad faciendam hanc stragem uti maxilla procerioris asinæ. Nisi enim Deus ipsi miraculose adstirisset, non fudisset mille illos viros, etiam si maxilla Elephanti subnixus fuisset. 3. Quænam est difficultas in חַבּוֹר חֲמֹתִים quam nondum exhauserunt interpres?

3. Interpretæ non potuere affequi, quare dualis forma sit

* (ii) *

המְרוֹר sit hic posita, & quidem in genere fæminino, cum non habeat in plurali חַטּוֹנִית sed חַטּוֹנִיָּת & in duali non חַטּוֹנִית sed חַטּוֹנִיִּת. Tremellius vertit: Prostravi acervum, imo duos acervos, per quandam epanorthosin. Sed hec verso coacta est, nec rationem exponit quare Dualis in forma fæminina sit positus. §. 8.

חַטּוֹנִיָּת Resp. Frustra laborat Dn. Autor Dualem deducere. Nullus interpretum unquam suscepit laborem tam inanem. Qui enim ea, quæ nos docere suscepit laborem tam ignorat? Dudum observarunt Hebraei, tres esse voces acervum notantes חַטּוֹנִיָּת formæ Seor, חַטּוֹנִיָּת formæ Kodesch, & חַטּוֹנִיָּת chagorah. Si hoc cogitasset Dn. Autor non habuisset opus inquirere rationem, quare Dualis fæmininus hic legatur. Aperta enim est ratio, quia singularis non est חַטּוֹנִיָּת, sed חַטּוֹנִיָּת unde pl. acervi Dualis חַטּוֹנִיָּת duo acervi. Conferantur Lexica & Rabbini. Quæso juxta quamnam regulam Grammaticam ex חַטּוֹנִיָּת deducetur? Si autem ex חַטּוֹנִיָּת deduci nullo modo potest, concedendum voci est singularis fæmininæ formæ. Posita hac forma fæminina, quid opus fuit Tremellio exponere rationem, quare Dualis fæmininus sit adhibitus, & non masculinus. Alia enim ratio dari non potest, quam quod Spiritus S. ita placuit.

Ratio Dualis fæminini est, quia Simson cobortem sagrum militum comparat cum duobus cobortibus fæminarum instar dimidis, einen Haussen der so gut war als 2. weibische Haussen ut cum Dn. autore loquar.

Resp. Unde probabitur cohortem fæmineam denotare? An exterminatione fæminina? At sic & מִלְאָן cohortem fæminarum notabit, cui tamen usus vocis constanter reclamat. An ex collatione aliorum locorum? At nusquam alias reperiatur: unde appareat Dn. Autorem sensum pro suo libitu dare. An autem hoc est boni interpretis? 2. Ex conjunctione duorum nominum, quorum prius in regime punitur, oritur Superlativus

* (12) *

tivus ut עָבֵד עַכְרִי קְרָשׁ ^{sanctissimus} vilissimus servus. Eadem hic conjunctionem nominum esse putat Dn. Author, comparativam propositionem ex ea conans elicere h. s. cohortes, que melior est duabus cohortibus feminis. At primo rejeti debet notio cohortes, eam non patitur vox textualis, quippe qua acervum notat. Deinde si hic est conjunctione duorum nominum, reddendum est acervus acervorum duorum. Ex usu ergo lingua superlativus hic est, non comparativus. Quid autem sibi vult frivola expositio acervu optimus inter duos acervos? Fatemur eam aequipollere comparativa propositionis melior duabus acervis. At ita non satifit genio linguae Hebrae. Quo enim exemplo simili probabitur haec expositio? Ne dicam, quod annita lingua tam Hebrae, quam latina dicitur acervus nullum cadit mille viros. Rectissime autem essi, aut qui ceduntur, dum ceduntur, acervus dici possunt סְמֻפּ־לְשָׁן ab evenitu, quia sunt acervus cadaverum. Cum itaque 2. ex his causis manifestum sit duo hic nomina perperam conjungi, utramque vocem lectorum possum & per accentum Tipcha segregatam teorismi vertimus cum Amstelodamensisibus, mit einem Eselskinnbacken ein Haussen z. Haussen / mit einem Eselskinnbacken habe ich 1000. Mann geschlagen. Repeti autem debet verbum חֲכִיתִי b. m. mit einem Eselskinnbacken habe ich erschlagen einen Haussen / ja vielmehr z. Haussen / mit einem Eselskinnbacken habe ich erschlagen 1000. Mann.

THES. IV.

Vox ^{חֲרֹה} sive recentem sive succulentam, putridam vel putrescentem notet, minime referri potest ad proxime precedentem vocem, חַמּוֹר utpote, que masculini generis est, sed ad לְדוֹ maxillam, que cum membrum corporis notet, feminini generis est.

ANTITH.

Vox ad ^{חַמּוֹר} referenda, notatque recentem, succulentam,

culentam, non putridam, ut Lutherus vertit, sed pu-
trescentem. §. 2.

*Ratio 1. Quia Lexicographi fere omnes recentem in-
terpretantur. 2. Radix arab. טריה adhuc recentem esse no-
tat. Tremellius maxillam humentem, Genevensis Biblia
une machoire d'ane qui n'estoit pas encore desschée ?
Rabbi quidam : ein feucht Eselskinnbacken §. 2.*

Relp. i. Operosus hic est Cl. Dn. Autor in invenienda vera si-
gnificatione vocis טריה, quo labore supercedere poterat. In-
terim rationem quare טריה femininum adjecitum ad חטף
masc. Substantivum referat, adducere prorsus neglit. Vertit enim
eine frische Mannschafft invita prorsus gram-
matica, quæ adjecitum & substantivum eodem genere numero
& casu convenire postulat. An forte חטף ipsi feminini gene-
ris nomen est? Velim hic mihi dari rationem, quare fem. טריה
ad masc. חטף & non potius ad fem. לורי referatur. Cessante
ratione manet constructio vocis cum לורי quæ ab Interpreti-
bus communiter approbat. Cum ergo maxilla dicatur
טריה, perinde est, sive vertamus recentem sive humentem
sive purascentem. Intelligitur enim maxilla, quæ carne adhuc
vestiens est: quadam carnem itaque dicitur recens, humens, pu-
tredens, qui sunt conceptus subordinati. Asini recens mortui
maxilla adhuc succum habet & humorum; hinc putredens. Ne-
que video, quo jure notari hic possit B. Dn. Lutherus, qui vertit
eine faule Eselskinnbacke/ pro quo magis dicendum fuisset eine
faulende Eselskinnbacke. Cl. D. autor existimat, cum caro, anima-
lis, quam primum mortuum est, statim putredinem concipiat, &
ad eo a putredine ista recte dicatur putrida. Pugnat Cl. Autor
pro sensu recentis. At si necessario cum לורי construenda,
quo sensu dicetur: *Invenit simson vim recentem acervi?* Pro-
prie dicitur recens de caseo, butyro, halece, carne, fructibus.
Quodnam comparandi tertium est inter recens butyrum & re-
centem vim? 2. Satisne recte h. l. טריה seu recens seu purulentus
טריה ב בשנין מכה Es. I, 6. annotat לשנין

טְרוֹתָה בַּשְׁנָתָם רְשָׁבָן vocem bis tantum reperiri in sacris, sed in duobus diversis significatibus. Non de nihilo esse puto hanc Masoretharum annotationem. Cum itaque טְרוֹתָה in loco Esaiae necessario, purulenta, saniosa debeat verti, inquirenda hic alta est in voce notio. Mercerus notam Masoreticam allegat se scire, quid sibi velit. Si conferimus LXX. versionem, invenimus versam, vocem per ἑξῆπισσαν abiectam, Vulg. Invenit maxillam, que jacebat. Chaldaeus transfert נְשָׁבָן in luto, que verso accedit, ad significatum arabici لُوْتُو obduxit. Videtur ergo veri posse: Invenit maxilla in luto, seu lutosam, luto obductam. Si alia, præterquam que in loco Esaiae obtinet, querenda significatio est, non video, que sit hac commodior. Ac res ipsa eam videtur postulare. Si enim maxilla recens aut purulenta aut putrescens dicitur, a carne adhaerente ita dicitur. Si caro adhaesit, non facile dici potest, quomodo fuerit separata a capite asini. Non enim facile prius dissolvuntur ossa capituli animalis, quam caro ab ossibus fuerit consumta. Ceterum posito hoc vocis significatu, quam male eam referes ad potentiam, que ex mente Cl. Autoris per לְוִי significatur. Et invenit potentiam acervi in luto. Hactenus de subjecto. Jam & prædicatum considerabimus, quorum primum est, quod לְוִי dicitur inventa esse a Simtone.

THES. V.

Simson dum a termille Iudeis deducitur in Philistæorum castra, dum prope abest a Philistæis, forte invenit maxillam asini in luto jacentem.

ANTITH.

Simson dum deducitur ad Philistæos forte incidit in potentiam acervi recentis i. e. cohorte acrum militum.

Prob. Verisimile enim plures cohortes in Iudea palantes Philistæorum incendiis & cedibus se se opposuerint. Harum unam obviā habuit cum in Lechi venisset. Ita pulcherrime cibaret textus. §. 6.

R esp. Plures cohortes ex Iudeis sese consociasse & violentia Phili-

Philistæorum restitisse, ex quibus una obviam sit facta Simsoni, non tantum non verisimile est, sed & contextui Scripturæ ac conditioni Judæorum ejus temporis plane adversum. Nam 1. Philistæ imperabant Judæis, c. XIII, 5, c. XIV, 4. c. XV, 11. Judæ Philistæis parebant. Non ergo erant inter ipsos bella. Parebant & quo animo. 2. Indigne ferunt Simsonem Philistæis damnum intulisse, metuebant enim, ne injuriam a Simsoni ipsi illatam, in se se uicilicerentur. 3. Nihil opus erat emittere cohortes ad inhibenda incendia & cædes. Falsissimum enim est, quod Dn. Autor supponit Philistæos in Judæam ferro ac igne fuisse graffato. Ne vestigium quidem est in textu, ex quo hoc probari possit. *Castra metari esse dicuntur v. 9. ac se demissæ in Lechi:* Quam ob causam? Non ut innoxiam tribum Judæ ferro & igne lacerarent, nullius enim injurie sibi concis Judgei querunt, quare ascenditis v. 10, sed ut ultionem illatae sibi injurie a Simsoni caperent. Hunc ergo vincitum sibi tradi postulanti, Lutherus versum 9. ita verit: da zogen die Philistier herauß und belagerten Juda. Hanc versionem, hic sequitur Cl. Autor, cum eam suæ detorsioni favere videat, qui alias tam elegans est Lutheri reprehensor. Est autem in textu בְּרִירָה וְרַוְן וְכָסְתָּה וְכָסְתָּה metari sunt in Juda i. e. in tribu Judæ, non יְהוּדָה עַל conm. Judam. Nihil ergo ex hoc versu violentia extorqueri potest. Imperabant Philistæ Israeli. Ergo in terra Israeli, que ipsis erat vedi galis, porerant castra ponere. Tradito sibi Simsonem domum redditur. Cadit ergo suppositum Autoris de emissis cohortibus ad avertendas cædes & incendia. Hinc ergo 4. sequitur Simsoni in Lechi deducto non fuisse obviam factam potentiam acervi recentis i. e. cohortem aerium militum. Non entis enim nulla sunt prædictata. Neque 5. si ponamus cohortes militares per Judæam di sparsas incendia præcavisse, fieri potuit, ut aliqua earum obviam daretur Simsoni ad Philistæos migranti. Stipabatur enim terminille viris usque ad Philistæorum castra v. 11. 13. Philistæorum agmen latè clamore traditum excipiebat atque in castra deducebat v. 14. Dum itaque nunquam in via fuit solus relictus, sed in custodia tum suorum, tum Philistæorum vincitus ducebatur, quomodo

* (16) *

quomodo potuit ipsi obviā dari manus quādam militaris, quomodo eam potuit instruere & ordinare adversus Philistæos? Apparet, quam male cohæreat data Dn. Autoris expositio. Sed ad reliqua prædicata progedicatur. Dicitur maxilla asini manu accepta a Simione.

THES. VI.

Simson dum manu militari in castra hostium ducitur, fractis vinculis visam forte asini maxillam e luto sustulit. Quod extensa manu e luto tollitur, id non potest esse cohors militaris.

ANTITH.

Simson incidens in cohortem acrum juvenum, emittet manum, exercebat eam & instruebat adversus hostes.

Prob. 1. Diese Redens-Art וַיְשַׁלֵּחַ יְהוָה ist noch lange so nachdrücklich nicht / daß wir uns um derselben willen den Esels-Kinnbacken solten ausdringen lassen / denn gesetzt auch / daß dieselbe nach dem Hebräischen so gegeben werden müste / wiewol sie nach der version des Lyre und des Interpretis vulgati ganz anders klingt / und etwa so gedeutschet werden konte : und Simson fand eine -- welche da lag / und nahm sie / so ist doch bekannt / daß תִּפְרֹחַ auch oftmahs so viel heisset / als erudire, docere, disciplina coercere, einen unterrichten, anführen / und wie man im Kriege zu reden pflegt / exercire und commandiren. §. 9.

Resp. 1. Faetur Dn. Autor genuinum phraseos sensum esse extensa manu aliquid arripere, & tamen alienum & prorsus ignatum in Scriptura ipsi conatur implantare sensum. Quid est deo quere Scriptura sensum, si hoc non est? Legitur phrasis saepissime Genef. VIII, 9. XXII, 10. Exod. IV, 4. Jud. III, 21. 1. Sam. XVII, 49. 2. Reg. VI, 7. 1. Par. XIII, 9. &c. Idem ubique sensus est prebendendi aliquid manu ; nusquam occurrit in sensu a Dn. Autore commendato. Inventus ergo est & fictus sensus absquo omni

omni Scripturæ suffragio. Quod si autem Interpres eam sibi sumere non vereatur licentiam, ut non consulto usu Scripturæ sensum verbis & phrasibus Scripturæ inferat, quem anima suo concepit, non difficile ipsi erit quidvis ex quovis facere. 2. Vulgati & Lyrae interpretatio minime aliena est a communii interpretatione. Inventamque mexillam aīni, que jacebat, arripiens interficit ea &c. Una vox arripiens utramque expressit. Nam verba que jacebat huc minime spectant. Depromta ea sunt ex versione LXX, que vocem Μίσθιον transfetti ἐπιμιλέων projectant. Noā ergo Cl. Autor Vulgati aut Lyra exemplo suam tueri potest novitatem. 3. Afferit Cl. Autor מְלֵךְ idem significare sacerdos, quod erudire, docere, disciplina coērcere. Hanc notam esse verbi significationem ait. Ego vero dico esse hanc vocis, ita ut h. i. posite, notionem in Scriptura inauditam. Afferatur vel unum hujus sensus exemplum.

2. Probatur hoc partim ex Paronymo מְלֵךְ quod testantibus Lexicographis notat disciplinam & doctrinam, partim ex grammatica Glaffii, qui p. 574. (mibi 247.) expresse docet מְלֵךְ notare interdum paedagogum discere, unde in Hiphil notat docere §. 9.

Resp. 1. Proprie מְלֵךְ notat arripere, apprehendere. Hinc מְלֵךְ factum, notataque doctrinam, eo quod mente apprehenditur. Synonymum ejus est מְלִיכָה. Quæ autem consequentia ek מְלֵךְ notat doctrinam. Ergo מְלֵךְ h. i. non respuit sensum docendi. 2. Concedo מְלֵךְ sensum discendi quandoque gerere, sed nunquam absolute positum. Tunc gerit, cum additur מְלֵךְ doctrina, aut ejusmodi quid. Conferuntur exempla Prov. I, 3, c. II, 1, IV, 10, X, 9, XXI, 11. Jer. V, 3. XII, 27. IX, 19. XXV, 20. Zeph. III, 1. Sic δέχεσθα τὰ τῷ πνεύματι 1. Cor. II, 14. λέγον Jac. I, 2, 3. Esto מְלֵךְ admittere sensum discendi, quid hoc ad tem? Hic queritur an מְלֵךְ significet & docuit eam. Putat Cl. Autor in conjugatione Hiphil sensum docendi habere. Perquirat obsecro totam Scripturam usquam inveniet vocem hanc in-

conj. Hiphil usurpatam. Quid ergo? an h. l. Hiphil est הִפְלֵי legitur, quam punctuationem etiam probat Dn. Autor bis allegans §. 10, non הַפְלֵי. Its punctatum formæ Hiphil esset, sed legitur in forma kal. Et quantumvis hic forma Hiphil extaret tamen docendi sensum gerere non posset, obstantibus textus circumstantiis. Quid ergo superest ad firmandam docendi significationem in voce הַפְלֵי?

3. הַפְלֵי inter ea verba referendum, in quibus duo significaciones concurrunt, ut hic possit esse sensus: Simson nahm sie unter seine Commando, und führet sie wider die Philister. §. 9.

Resp. Pervertitur hic regula Glassiana p. 543. m. 229. Ea ita sonat: In uno verbo quandoque duo concurrunt significata, id quod pluribus exemplis confirmatur. Non autem vult B. D. Glassius esse certam verborum seriem, qua duplē sensum gerant. Accidere id omnibus verbis activis potest. Minime vero regula hæc ad hunc locum est applicabilis. Alia profutus debet esse verbi constructio. Si legeretur וְיָדָה שָׁלֹשׁ וְיָדָה accepta eam ad Philistæos, duo concurrent in uno verbo significata, quorum alterum ipsi per naturam inesset, alterum vero ex constructione erendum. Sic Genes. XII, 12. וְיָדָה אֲשֶׁר בֵּית פְּרִי accepta est mulier in domum Pharonis i. e. accepta & adducta est. At hic simpliciter est וְיָדָה acceptis eam. Quid autem sibi hæc vult inconstantia? Ad structa paulo ante erat docendi significatio: nunc accipiendi sensus iterum placet. An non hoc manifestum incertitudinis indicium est? Si tandem ponam docendi sensum in verbo הַפְלֵי, quid illa ad milites, quibus exercitium corporis membrorum in armis, non animi cultus a Simtone erat expectandus. Et an ullo modo verisimile fieri potest homini, cui sensum adhuc est sincipit, quod Simtoni ob viam factus fuerit manipulus terocium juvenum inter armatos viros procedenti, nedum quod ipsi locus fuerit cum docendi arma tractare, & adversus Philistæos ordinandi. Denique quo referendum sit verbum הַפְלֵי docet ejus suffixum, quod gen-

ris

ris foemini est, quod propterea ad לְרֹן maxillam referendum,
non ad אַכְרָב acervum.

4. In relativis diversitas generis ab antecedenti non
est rara. Gl. p. 524. m. 203. Imo referamus suffixa ad לְרֹן
potentiam, sic exprimat difficultas. §. 10.

Resp. Ergo sensus erit: Invenit potentiam acervi recentem &
ordinavit eam. Quis tam propositionem intelligere potest?
quis satis sanæ mentis sibi persuaderi patietur, ei subesse sensum,
quem ipsi Dn. Autor dat: Invenit cohortem acrum juvenum,
eamque instruxit. Si ad לְרֹן referenda sunt foemina suffixa,
relinquenda ipsi est sua genuina significatio maxille: quam enim
insulæ dicitur, invenire fortitudinem, accipere eam manu, do-
cere eam, cædere ea hostes, projicere fortitudinem manu? Ad
Synthesin vero generis hic confugere nulla cogit necessitas.

THES. VII.

*Simsōn cæsis Philistæis projectit maxillam manu,
locumque eum nominavit, projectionem maxille.
Non ergo turma militum intelligi potest, que non
projicitur manu.*

ANTITH.

*Simsōn dimisit juvenes, quos in Philistæos duxerat, &
cuique licentiam dedit redeundi ad suos.*

Prob. Eum sensum esse phraseos מִלְאָנֵמִינִי igno-
tum esse potest, qui primis modo labris degustavit Hebraæ
lingue genium. §. II.

Resp. Credat hoc, qui primo limine salutavit Hebraæm lite-
raturam: Si qui intimorem paulo cum ea familiaritatem con-
traxit, commentum hoc non placebit. Falsissimum est מִלְאָנֵמִינִי
notare einen wieder von sich ziehen lassen/ oder seine Freyheit ges-
ben/ daß er nicht mehr unter seiner Hand und Commando
stehe. Ne unicus quidem locus ex toto Hebreo codice adduci

potest, ex quo probari possit hæc phrasis data sententia. Imo ne legitur quidem phrasis מִשְׁלַשׁ. Nam מִשְׁלַשׁ non est in usu, sed tantum Hiphil הַשְׁלִישׁ & Hophal הַשְׁלִישׁ & quidem in sensu prosciendi. Et tamen non debitat Autor scribere, omnibus quibus Hebraea literatura familiaris est, quiique paulo penitus introspicerunt naturam phraseos מִשְׁלַשׁ, notissimum esse, denotare ea, dimittere exercitum. Animadvertisenda hæc conscientia est.

2. Si Ramath Lechi a projecta maxilla nomen accepisset, ut Lutherus dicit in nota marginali, non וּשְׁלֵשׁ sed וּשְׁלָשׁ scriptum fuisset, alias nulla in textu foret onomatologie ratio. Accedit quod locus jam ante Lechi fuerat appellatus, quem Simson maxilla juxta communem opinionem projecisset. §. II.

Resp. Minor Dn. Autorem tantopere jactare profundiorem Hebraea lingua notitiam, qui & hic alibi probat quam levi brachio Hebraica tractaverit. Quid quæso est frequentius in Hebreo codice, quam nomina personis ac locis sepe per prolepsin dari? Exempli allegat Glassius p. m. 799. & 800. Ut Gen. XLI, v. 10. Ziharis sit mentio, quod nomen tamen urbi postea fuit impositum ab eventu Gen. XIX, v. 21. ita & hic Jud. XV, v. 10. Philistæ demissæ se dicuntur in Lechi, v. 14. Simson venisse in Lechi: Nomen loco datum ab eventu Simsonis tempore adhuc futuro, per anticipationem. 2. In וּשְׁלָשׁ bis impingit Dn. Autor I, verbum hoc in significatu jaciendi non nisi in Kal reperitur. At Dn. Autor in conjugatione Hiphil id exhibet. Deinde Vau conversivum futuris praefixum ordinaria He finale abjectit, forma ergo ejus foret וּשְׁלָשׁ ut וּשְׁלַשׁ quod hic legitur non וּשְׁלַשׁ v. 4. 3. Rationem onomatologię non semper verbalem esse, sed interdum realem tantum exempla Scriptura ubivis comprobant. Noach nomen habet וּשְׁלָשׁ quievit, at cum ratio onomatologię datur, non hoc verbum allegatur, sed aliud similis sensus וּשְׁלַשׁ bic consolabitur nos Gen. V, 29. Ita & hic non vocis, sed sensus harmonia respicitur.

3. Locus

* (21) *

3. Locus ante fuit simpliciter dictus Lechi, postea à clade Philisteorum memorabili, Ramath lechi, elevatio Lechi; nequaquam ergo, projectio maxilla §. H.

Resp. i. Quod locus hic & Lechi simpliciter, & conjunctim Ramath Lechi vocatur, non auctor voci Lechi suum naturalem & genuinum sensum. Familiare enim est codici Hebreos in compositis nominaibus propriis alteram saepe partem omitti, interdum priorem interdum posteriorem. Exempla Scripturæ exhibet Giesius p. m. 764. 765. 2. Punctatio vocis רְמָחֵת pro רְמָחֵת non destruit deflexionem ejus ab רְמָחֵת, sed hoc tantum infert, non esse immediate a רְמָחֵת deflexum, sed mediante verbo רְמָחֵת. Familiare enim est verbis Ain vau ad formam lamed he inflecti & contra. Si ex קֶרֶב deducitur יַעֲמֵד mediante יַעֲמֵד Genef. IV, 1. בְּמִזְבֵּחַ monumenta sepulchralia Es. LIII, 9. deducitur ex כְּמַה בְּמַה, ita & רְמָחֵת deducitur ex רְמָחֵת mediante רְמָחֵת. Neque refragamur quominus simul respectus ad elevationis sensum habeatur.

EXERCITATIO

In observationem Hatensem VI. Tom. VIII.

De gloriosissime lucente corpore Adami.

T H E S. I.

Habuit primus homo Lumen in intellectu, vi cuius potuit recte & sine errore cognoscere ipsum DEUM & res creatas. An autem corpus ejus lucem quoque habuerit ex Scripturis probari non potest. Gen. II, 19. Ecl. VII, 30. Col. III, 10.

C 3

ANTITH.



* (22) *

ANTITH.

Adami corpus ante lapsum superbiebat igneo & solis
splendore. §. 23. 25.

Prob. 1. DEUS sapius cum Adamo versabatur Gen. I,
29. II, 8. 15. 19. 22. III, 9. Ea autem est ratio conversatio-
nis divinae, ut bi per eam splendore aliquo exornentur, ut
constat exemplo Mosis, cum quo DEUS, Christi, cum quo
Moses & Elias aliquam partem sui splendoris communi-
carunt.

Resp. 1. Major argumenti est: Qui cum DEO conversantur,
illi ex DEI conversatione contrahunt splendorem. Hac Major
1. universaliter non est vera. Abraham & complures alii pii cum
DEO conversati sunt, nec tamen leguntur inde collegisse splen-
dorem igneum. 2. Si quis ex colloquio DEI colligitur splen-
dor, adventitius ille tantum est & transitorius, qualis fuit in Mo-
se. At splendor Adami ita describitur ab Autore, ut facile in-
telligas esse ex principio intrinseco. Non ergo comparandus
cum splendore Mosis ex colloquio cum DEO proveniente. 3.
Mosen & Eliam partem aliquam splendoris sui cum Christo com-
municasse durum assertum est. Diserte docet Paulus Beatorum
corpora fore σύμμορφα Christi corpori glorificato Phil. III, 21.
Si ergo Mosis & Elias splendor fuit ιερότης, Christi ἀρχέτυ-
πος, quara ἀτόπως dicitur Mosen aliquam sui splendoris par-
tem in Christum contulisse? Denique 4. si splendoris, qui Ada-
mo affogitur, principium est conversatio cum DEO, personale
donum est, non naturale, quis enim nobis probabit DEUM o-
mnibus posteris Adami, si in statu integritatis permanissent, pro-
misisse frequenter conversationem, ocularemque sui aspectum.
Si donum non fuit naturale, non fuit propagabile, adeoque nec
posteri Adami dominum in bestias, & immortalitatem adepti
fuissent, quemadmodum utrumque a splendore igneo suspendit Dn. Au-
tor. 5. Minorem quod attinet, nec ea ex locis allegatis probari
evidenter potest: aut si censet D. Autor inde præsentiam DEL
spectabilem

* (23) *

spectabilens colligi posse, quare culpat pictores §. 6. quod DEUM producendo Adamo tamen sigillum adstantem piagentur. Quod si ex colloquio ac conversatione cum DEO arcessendus est igneus splendor, quare cum Adam non collegit lapsus, uti Moses? Nam cum DEO post lapsum etiam collocutus esse legitur Cap. III, 8. seqq. v. 21. Si Adam splendorem habuit ex conversatione frequente cum DEO, non fuit ipsi naturalis, sed hyperphysicus. Nam DEUM in essentia non potuit videre, sed in corpore assumto. At illi corpori non fuit splendor naturalis: ergo nec homini splendor inde potuit adherere naturalis, sed transitorius tantummodo, nec propagabilis.

THES. II.

Lumen intellectus comitabatur sanctitas & iustitia in appetitu tam rationali, quam irrationali.
Eph. IV, 24.

ANTITH.

Vis splendoris ignei, omnia corporis Adamici vasa, per quae cursitant sanguis & Spiritus animales, pervagantur, effectus ut Adamus carerer affectuum acerbitatibus. §. 18. 19.

Oritur enim affectuum acerbitas ex intemperie atque impeditione motus sanguinis ac spirituum animalium. E. affuit Adamo igneus splendor, corpus ejus ab omni intemperie præservans. §. 18. 19. 21.

Resp. I. Ergo aceratum Adamo splendorem hunc fuisse oportet, non aceratum ex conversatione frequente cum DEO. Negat enim Dn. Autor DEUM Adamo in prima sui creatione statim fuisse conspicuum factum. Nam §. 6. damnat inseniam pictorum DEUM Adamo producendo tanquam sigillum adstinctive somniantium. Sic g. Deus Adamo ab initio non adstituit in spectabilis forma, igneum etiam splendorem statim ab initio non habuit. Aut ergo statim ab initio affectuum temperie caruit

Adam,



* (24) *

Adam autem concedendum igneum splendorem, qui Adamo affingitur, non supervenisse ipsi ex frequente cum DEO conversatione. Utrum horum assertet Dn. Autor? Falsum est, effectus oriri ex intemperie motu sanguinis. Principium excitans affectus eius est imaginatio boni vel mali. Coeca in se facultas est appetitus sensitivus, requirit facultatem cognoscentem, qua exigit & dirigat facultatem appetentem, alias enim ignoti nulla foret cupidio. Prout autem est judicium intellectus de bono appetendo vel versando vel rectum vel erroneum, ita sunt in appetitu sensitivo affectus vel mali vel boni. Si rectum est, bonus est affectus, si erroneum, malus est. Dum itaque primo homini lumen mansit in intellectu, appetendo bono non eravit. Hinc amor & gaudium in appetitu sensitivo, cum alteratione corporis innocentia conjunctum. 3. Quod affectus primi hominis omni caruerint vitio, non efficit igneus quidam splendor, vasa corporis pervagans, sed requipilis qualitatum corporis temperies, ex accurate hominis innocentia proficiens Rom. V, 12. Quæ temperies est omnes partes corporis pervagata est, tamen splendore ei igneum ac luci solissimilem induxit, nullo Scripturæ suffragio probabile fieri potest.

THES. II.

Consequens luminis intellectui Adami inditi, fuit dominum in creaturas terrestres. Gen. I, 26.

ANTITH.

Splendor igneus, qui Adamo affuit, erat ipsi blandus quasi conciliator animalium, ut hæc propter illum ad nutrum Adami facerent, quæ volebat. §. 20. Dominum enim hoc perquam apte exerceri poterat per splendorem, veluti sol in omnia ea, quæ supra terram sunt, dominum suum exercet. Gen. I, 14. §. 17.

Prob. Natura animalium jam est corrupta: Necesse est g. aliud ostendisse in animantia dominum, quam nunc est.

est. Si hoc, nihil obstat, quo minus credamus illud fuisse exercitum per splendorem, praesertim cum huic suspicioni alia favent rationes. §. 17.

Resp. 1. Modum cohibus nisi bestias alium esse post lapsum ab eo, qui fuit ante lapsum, manifestum est. Sed an inde colligi potest? E. dominum in animalia exercitum ante lapsum fuisse per splendorem? Rationem consequentiam hic desideramus. 2. Male quunque sequitur, sol dominatur per splendorem in diem, E. & Adam per splendorem dominatur in animantia. Solis enim natura est lucere, & luce sua diei ac operarum tempora designare, uti Luna noctis & quietis tempus describit. Ad hominis vere naturam pertinere splendorem probandum adhuc est. 3. Falsum est solem in omnia, quae super terram sunt, dominum exercere. Id non legitur loco allegato, sed saltē, solem esse exercitum in dominium diei. Solis est influxum dare rebus terrestribus ut generentur, soveanter, conserventur. In eum finem Deus creavit solem. In ministerium ergo datus est terra, non in dominium. Unde & in Hebreo nomen a ministrando gerit. Cum g. Sol in usum sive ministerium rerum terrestrium sit creatus, quam male Adami dominium cum sole comparatur, cum in Adami tanquam Domini usum & ministerium omnia terrestria essent creata? Coeterum recte vocat Dn. Autor suam de domino per splendorem exercito sententiam, suspicionem, seu rectius conjecturam, ac eo ipso satis inquit se de offerendis solidis rationibus desperare. Quod si per splendorem fuit dominum exercitum, necesse est hodie adhuc aliquod vestigium illius splendoris superesse, siquidem aliqua pars dominii superest. At si quod adhuc dominium exercetur, illud per sapientiam & artem exercetur, non per splendorem. Quod s. Cl. D. Autor dominii in bestias jacturam ex corruptione animalium derivat, fallitur. Non ex animalium, sed hominis corruptione & lucis, quae intellectui hominis accrescere erat, amissione ea proficiuntur. Pono causam amissi dominii esse naturę animalium corruptionem, unde ea probabitur?

D. T. 2. Pro-

2. Probatur i. ex terra corruptione. Corrupta autem terra, quæ vitam animalium sustentabat, necesse est & animalium naturam corrumpi. 2. Ex animalium discordia, quæ per mutuas dilaniations exercetur. Ea non fuisset in statu integro, quo bona erant creata. Bona autem non sunt, quæ per discordiam se perdunt. E. corrupta est animalis natura. §. 17.

Resp. i. Terra ob peccatum hominis non dicitur corrupta, sed maledicta. Quod si tamen malum terræ ob peccatum hominis adhaerens dicere corruptionem velim, distinguendum erit inter corruptionem generalem ac primariam, & specialem ac temporariam. Hec est terra vastatio, qualis ipsi immisla per diluvium. Gen. IX, 11. speciatim Sodomæ agro Gen. XIX, 13. At generalis eaque permanens corruptio, quæ terra ob peccatum hominis infedit, sterilitatem terræ importat, ex spina ac tribuli copia provenientem, quæ non nisi magno labore eveluntur Gen. III, 17. 18. c. IV, 12. Jam vero ex terra sterilitate quomodo deducetur naturæ bestiarum corruptio? Sane sterilatis non corruptielam, sed paucitatem victimus inferit. Pono ex terra maledictione corruptionem frugum inferri posse, in quo consistit illa corruptio? Dn. Autor penat in facultate disponendi bestias ad mutuas dilaniations. Ita enim scribit v. 17. *Quis credas inter animantes tunc, cum terra nondum maledixisset DEUS, tantam discordiam tantasque dilaniations intercessisse, quanta nunc sunt?* Si hoc, omnes &que bestiae per eum frugum terra ad mutuas dilaniations dispositæ essent. Atque ita caderet distinctione inter bestias feras & mansuetas. Moderni leones, ursi, pardi feritatem non ab eis habent, sed abs naturæ: Si primi hominum parentes feritatem suam ex solo eis contraxerunt, quis sane mentis credere posset eam ob eum ita fuisse naturalem iis factam, ut sola generatione ad tot seculorum posteros transmitteretur, posterisque tam tenaciter insideret, ut nullo amplius eis corruptarum frugam ad feritatem suam sustentandam indigerent? 2. Est inter animalia diversitas ac discordia, at ea non est inter omnes

omnes species, sed quasdam tantum. 3. Falsum est discordia illam per mutuas dilaniationes exerceri. Leo dilaniat oves, sed non savit avis in leonem. Felis discerpit mures, mus fellem non item. 4. Si est mutua bestiarum dilaniatio inter diversarum species, ea est, e. g. leonis & Elephanti, non in specie eadem. 5. Appetitus carnium in brutis aut ab esu est frugum terre maledictæ, aut est a DEO brutis in prima creatione inditus. Illud dici non potest ex allatis paulo ante rationibus. Si hoc, instituti divini est & bonitati animalis non contrariatur. Quod 6. appetitus ille ~~ara~~^{et} habet, ex hominis peccato est, qui propter amissam sapientiam oscit amplius dominari bestiis. Si sapientiam retinuerint, fera bestias retinuerint Moderatorem, sine cuius arbitrio pecudes nullas lacerassent. 7. Ipsos homines in statu integratæ progressu temporis carnibus vicieturos fuisse, hanc absurdæ probaveris ex carnium, quo adhuc gaudet, appetitu. Is naturalis est hominibus. Aut ergo est à natura, aut à destituta. Non a destituta? Ita enim sequeretur, carnibus vesci peccaminosum esse. Si instituti divini est, etiam in statu integro carnis comedisset homo, non fecus ac coniugio fuisset usurus: nisi quod primis mundi temporibus sapienter a jugulatione peccudum absinuisse, ut moram multiplicandi sui ipsis relinqueret. Et vero Christi exemplo discimus carnis esum a statu integratæ non fuisse alienum, cum Christum carnes comedisse nemo dubitare possit. Atque hoc sensu DEUS dicitur primis hominibus herbas & terra nascentia in cibum dedisse, Genes. I, 29. non quod esu carnium ipsis prorsus interdicteret: Si enim hanc ipsis admisset potestate, latius dedisset, in bestias dominium post lapsum c. IX, 3, quam dederat in statu integro: sed quo iplos moneret parendum esse ad tempus peccudibus, donec augescerent. Ac declarat hæc cibi assignatio, quis futurus fuisset cibus ordinarius ac vulgaris, vel certe ad iuendam vitam sufficiens, at sine exclusione alius. Ut ergo appetitus & eius carnium in homine nec olim fuisset, nec jam est vitiösus, ita nec in bestiis corruptionem naturæ arguit. Simplex fuisset in brutis carnium appetitus & ad nutrum sapientissimi ho-

(28)

minis exercitus, non inordinatus, nec vel homini aut integræ animalium speciei exitialis.

THES. IV.

Consequens justitiae ac innocentie primi hominis fuit impassibilitas & immortalitas. Genes. II, 17. Rom. V, 12. VI, 23.

ANTITH.

Splendor igneus, cuius vis omnia corporis vasa penetrabat, hominem immunem præstabat à frigore, cæterisque molestiis omnibus, quibus nos jam sumus obnoxii, fame, siti, morbis, affectuum acerbitate. §. 18. 19.

Ratio 1. Si Adamus vi quadam splendoris ignei destituebatur ante fructus vetiti esum, cur tum nesciebat, se nudum esse? Cur corpus contra frigus non defendebat? Hic certo hareret aqua illius, qui adamo splendorem igneum defuisse contendunt. §. 19.

Repf. i. Quare Adam ante esum pomi vetiti nesciverit se esse nudum, i. e. nullas senserit frigoris molestias, ut exponit Dn. Autor, conf. §. 18. 7. in promptu ratio est, quia æquabiliter temperatum habuit corpus. Hac qualitatum corporis temperies ab innocentia accrescere proficeretur. Ut enim sanctitas hominis primi mortalitatem ab eo removebat, ita & causas mortaliatis, Rom. V, 12. Dn. Autor ita inficit: Si Adam nullas passus est frigoris molestias, igneum splendorem in ipso fuisse nescire est, cuius vis omnia corporis vasa penetraverit & intemperiem a corpore ipsius removerit. Si hic quaro probationem consequitur, hareret homini aqua. 2. Quod si vis quædam afferuit hominis primi corpori præcidens omnes mortis causas, ipsum immortalitatis donum ea est. At qua quædo probabilitate elicere potest splendor cutis & quidem igneus, ac solis æmulus?

3. Remoto splendore igneo non poterant non mala ac dolores

* (29) *

dolores oriri, & imprimis affectus pravi, quibus malis &
maliis antea mederi poterat splendor igneus. §. 21.

Resp. 1. Perpetuum circulum committit Dn. Autor. Probandum ipsi est, quod Adam habuerit igneum corporis splendorem. Probat ex eo, quia nullas sensit frigoris, famis, siti affectuum, molestias. Si porto queror, unde hoc sit, quod nullos tenterit dolores, rationem aliam non dat, quam quia igneum gessit in corpore splendorem. Idem ergo semper probat per idem. Ratio impossibilitatis dolorosa eadem est, quæ immortalitatis. Dolerosa enim corporis alteratio mortis est prodromus. Jam vero Scriptura causam immortalitatis non ponunt igneum splendorem, sed sanctitatem Rom. V, 12. Quod ergo siti, famis, affectum pravitas desuit, sanctitati ac innocentia hominis adscriendum est. 2. Quia hæc recensita mala non infuere corpori hominis, nulla quoque indiguere medicina depellente. Natura hominis erat exactissime temperata. Eam temperiem conservabat non igneus splendor, sed arbor vita. Ut enim exerit cibi ad conservandam hominis bonam naturam erant ordinati, ita imprimis fructus arboris vita. Gen. III, 22.

3. Adam ante esum sine molestia coluit terram. Ergo splendore corporis igneo fuit donatus, cuius vis totum Adami corpus magis subinde affectet, omnesque humores à putredine & corruptione conservasset. §. 22.

Resp. Nihil hic iterum rationis affectur ad probandum splendorem corporis Adami. Scimus hoc, Adami agriculturam ante esum fuisse absque omni molestia. Hoc unde sit, Scriptura docent, nempe ab innocentia Adamo accresita. Autor tribuit splendori corporis. Unde hoc probat? Figmentum est, quidquid sine ratione assertur, non veritas.

4. DEUS iure exprobrat homini terream ac pulverem naturam Gen. III, v. 9. Ergo pretur naturam pulveream aliud quid ipsi affuit. At hoc nihil aliud fuit, quam splendor igneus, qui sine dubio quotidie augmentum ce-

*P*issoit, ut tandem corpus Adami plane fieret inviolabile. Ergo ipsius Adami culpa iactura ejus tribuenda. Fructus enim vetitus impediebat, ne vis illa splendoris augeferet, sed potius materiam terream firmabat. §. 22.

Resp. 1. Falsum est DEUM exprobrare homini pulveream naturam Cap. III, v. 19. Ipse enim DEUS talis natura autor erat, ut pote qui fecerat primum hominem pulverem de terra i. e. sic *γῆς χοικὸν* pulverem, ut exponit Paulus i. Cor. XV, v. 47. Pulveream naturam sequebatur animalitas, juxta quam opponitur Christo a morte resuscitato. Cujus autem DEUS est Autor, ejus non est improbator. Dicit DEUS : *Tu pulvis es : quia ergo peccasti, conveniens est ut in pulvorem revertaris.* 2. Pono exprobavitam esse orationem, & pulvrem esse non in sensu physico, sed morali accepi, erit hujus sensus : *Tu pulvis es, sequendo terrena, proinde & in pulvrem revertar.* Reponde hinc sequitur. Ergo ante bene ordinatam habuit naturam, vi cuius derelicta terrena, sequi coelestia promissime potuit. Non autem E. igneum gessit in corpore splendorem. Quae enim qualio consequentia ratio est : Adam non secutus est terrestria, E. igneum gessit splendorem? An hoc forsitan, quia terrea materia opus erat freno, ne hominem ad terrena sedanda laceraret? Atqui pontificius error est, quod in homine integro contrarie fuerint propensiones, qui iam dudum est explosus. Finge pugnam suis inter materiam & Spiritum hominis, qua quolet veritatis specie inferri potest : Ergo frenum illud cohibens debuit esse splendor igneus corporis. 3. Quid autem hoc est : Fructus pomis vetiti materialiter terream in homine firmavit & constabilivit? Si hoc : materia terrea ante ipsum non sat fuit firmata. Autergo ipsi defuit physica firmitas, aut moralis. Non illa, siquidem spertum, post lapsum infirmissimum corpus gerere hominem, ceperisse. Si hoc, statuitur in homine integro propensio ad malum ex natura conditione proveniens, quae non nisi in Deum Creatorem blasphemie redundet. Atque hac terrea materia in homine firmatio adhuc absurdius adscribitur pomo vetito. Quid enim

enim pomum, quod innocens DEI creature est, malitiam materie adjuvare potuit?

5. Qui fuit ante eum totus vividus, ille habuit splendorē vividissimum. Arqui Adam &c. Ita enim Scriptura c. III, 20, vocavit Adam uxorem suam Chava, quia ipsa fuerat mater i. e. blandissima socia **כָּל** illius, qui plures totus fuerat vividus. §. 24. 25.

Resp. Majoris consequentie iterum omni destitutione, proinde rejicitur. Minor autem insignem secum vebit verborum detorsionem. **מִתְרֵם** matrem notat non *sociam*, **כָּל** **חַי** omne vivens, non totus vividus.

6. Mater sumitur metaphorice pro socia ac nutrice Adami, quia nulla sit liberorum mentio. Utitur Moses non participio **חוֹה**, sed perfecto **חוֹתָה** unde vertendum FUE R A T. §. 15.

Resp. 1. Pono matrem hic notare nutricem. Nutricia est prospicer infantis de cibo, escam ori ingerere. Tali nutrice si opus habuit Adam, quam obsecro miser fuit in statu innocentiae? Si enim socia ipsius Eva nutricis partes sustinere debuit in alendo Adam, fuit in Adamo infantilis infirmitas. Quam hoc est absurdum! Si Adam vita fuit perfectissima prædictus, si vita fuit animalium, si animalium vita pendebat ex vita Adami, ita ut cum ipsius vita etiam periret bestiarum vita, ut nunc lanientur & maientur, ut Dn. Autor vividitatem Adami exponit §. 15. quid absurdius dictu est Evam ipsi nutrimenta fuisse datam? 2. Si ergo **מִתְרֵם** h. l. minime *nutrix* veri potest, retinebitur genuina *matri* significatio. Si matrem notat **כָּל** **חַי** notabit *omne vivens* futuros Eva posteros. Nempe vocaverit Adam uxorem suam Chava, quia erat *futura vel fuentera* futura mater *omnis viventis*. Erat haec evocatio indicium fidei, qua Adamus promissionem de semine mulieris amplexus, & vitæ consolationis, quam ex illa promissione hausit, compos factus, ut habet Gesh. in h. l.

Ex his jam patet, quam insulsus sit Dn. Autoris argumentatio: Qui gesit dominium in bestias, qui caruit effectuum pravitate, fame, siti, morbis, frigoris aliquique, quibus sumus obnoxii, molestiis, ille splendore quodam igneo fuit praeditus. Quae ratio consequentia? quia nec dominium in bestias exercere, nec molestiis iis omnibus carere poterat sine tali splendore. Quare hoc? quæ hujus consequentia ratio ex scriptura assertur? Nulla prorsus adeit. Totum ergo hoc de splendore igneo dogma tanquam inutile otiosi ingenii figmentum rejicitur. Promiscit Dn. Autor. § 27. se alia adhuc argumenta allatum, quibus Adamo splendor solis æmulus vindicari possit. At si ea non sunt meliora his, frustra operam sumet. Facile autem conjicio, si adhuc quædam suppetunt argumenta, ea multo fore absurdiora, quia alias primo loco posuisset, ut mos est veritatem docendum. Cum itaque hoc figmentum nullum prorsus colorem, habeat, quam imprudens jactantia est, cum scribit §. 1. *Nihil dogmate de splendore corporis Adami verius, nihil divinius, nihil Christiana sapientia convenientius, imo nihil insulsius, nihil mendacius, nihil a veritate Christiana alienius.*




01 A 6633




3

Sb.

DA





49.

Q. D. B. R.
DE

MAXILLA SIM-
SONÆA
&
CORPORE
ADAMI LUCIDO

Contra
Observationes Hallenses

כִּיעַה
disputabit

Sub PRÆSIDIO
BRAND. HENRICI GEBHARDI,
SS. Theol. Doctoris & Profess. Publ.

d. 16. Jul. 1707.

JOHANNES FRIDERICUS MENCKENIUS,
Bob. Silesius Theol. & Phil. Studiosus.

G R Y P H I S W A L D I A E,
NUNC RECUSA, M D C C X I X.

(4)